UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63232

Visual Library

net Bal.in l.ex prædiis in fine.nu.6.C.de euict.& Affl. ci.241.nu.5. quam uide & ſtude ſi uis ſcire, quanquam hoc multa conſiderari debent, quod not.

REGVLA CLXIIII.

Qualitas ubi in aliqua diſpoſitione requiritur illa om-
1 nino probari debet. † Io.And.in c.i.de homic. in 6.& in cano. Marſ.in Auerolda.§.quoniam nu.52. ubi multa coaceruat pro ſuo more & ſing.187. Bal.in l.hi qui ad ciuili. C.de appell.Bal in l.ſi quis non dicam rapere.col.3.C.de epiſcopis & cler. Bar.in l.i.§.i.ff. ne quid in loc.pub. Alex. conſi.ult.uol.2. & conſi.1.nu.42. uol.3. & conſi.3.nu.5. conſi.41.uol.4. Guiel. de Per.conſi.36. nu.7. dicit, quod aliqua qualitas adiecta maleficio alterat.l.diſpoſitionem ſi proponitur in iuditio ad puniendum debet ſingulariter & concluſiue probari.l.prætor.§. docere .ff.ui bon.rapt. non dicitur factum fuiſſe probatum niſi etiam probetur qualitas.l.ſi quis alium §.docere.ff.ne quis cum qui in ius uoc.Cy.Bal.& Saly.in l.ij.C.de probat. dicunt, quod ſi requiratur factum cum aliqua qualitate non eſt ſatisfactum iuri, ſi occurrit illud fieri ſine illa qualitate, c. notificaſti 33.q.5. Bar.in l. quid ergo.§. pœna grauior.ff. de iis qui not.infa.Corn.conſi.197. ubi c.uol.2.

1 Amplia.d.regulam etiam ſi tractetur de intereſſe publi co. ut Bal.& doct.in d.l.ij.C. de probat.c.ut famæ de ſententia excommu. & Iacobus de Beluiſ. in conſi.3.nu.4. in conſi.crimi. dicit quod qualitatis mutatio non ob id facit nouam ſpeciem accuſationis nec immutat formā delicti.l. in delictis.§. ſi detracta.ff. de Noxal.

2 Amplia.2. in beneficialibus cauſis. ut c.ſi ab eo, & c.ſi forte, de elect. in 6. & Deci.in c. licet cauſam de probat. num. 182.

3 Amplia.3. quando reus confitetur delictum ſine qualitate intentata, quia eo caſu uullo modo poterit puniri pœna.l.ordinaria. Ita Deci.conſi.105.uu.4.uerſi.2. poteſt re ſponderi, & in conſi.550.nu.4.uol.4. Ang.in l. ſi uacantia

col.24.C. de bon.uac.in repet.ubi diſputat.ſi formata fuit inquiſitio de furto & ſi in proceſſu apparet de alio delicto. An abſolutio ſequi poſſit. Roma. conſi.167. in fine nu.8. & Signor.conſi.10.col.fin. Idem Roma. conſi.349. nu.7. & conſi.247. nu.5.

1 Fallit 1. quando ex deductis in proceſſu conſtaret de eodem facto. Bal.in l.i. nu.67. uerſi.ſuper 7.C. qui accu. poſſ.Bar. & Ang.in l.denunciaſſe.§. quid tamen uerſi. ſed adde.ff.de adult.Imol.in l. is qui reus.ff.de pub. iud.col.fi. uerſi. extra glo.

2 Fallit 2. quando qualitas eſt de ſubſtantia actionis propoſitæ, ſecus uero ſi non eſſet de ſubſtantia, quia deficiés in probatione qualitatis obtinet in facto principali ſimpliciter probato. ſecundum Bal.in l.titia. in princ.ff.ſolut. matr.& Sign.conſi.141.procurat. ubi dicit ꝙ quando qualitas adiecta delicto alterat delictum, & pœnam, ſi non probat abſoluitur reus. alias ſecus per d.§. ſi detracta, & ibi Flor.

3 Fallit 3. quando negatiua aliqua proponitur, quia eo tunc non uidetur ſe aſtringere ad illam probandum. cum negantis factum nulla poteſt eſſe directa probat. uulgata l.actor, ut Bal.in l.cum te in fine.C. de probat. cum aliis infinitis.

4 Fallit 4.quando proponens in libello dicit non ſe aſtringens. ut Abb.& Deci.in c.ex parte nu.67.de reſcript.Bar. in l.non ideo in fin.C.de lib.cauſa,ubi proteſtatio actoris. non iuuat quando ſubeſt cauſa & qualitas quæ neceſſario probari debet. & idem in l.diuus.ff.de proba.

5 Fallit 5. quando apponitur clauſula ſuper quibus omnibus & ſingulis. Bal.in d.l.ij.C.de probat. & l.i.col.19.uerſi.ſuper hoc 7. puncto.C. qui accu.non poſſ. Ang.in tract. maleficiorum ſuper quibus omnibus & ſing. Flor.in d.§.ſi detracta.ff. de nox.

6 Fallit 6. quando proponens petit aduerſarium condemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum, quia tunc nõ probata qualitate de delicto ſimpliciter condemnari poteſt, ſecundum Bal.in d.l.ij.de probat. Bar.in l.rerum qui-

dem

dem Amotarum. ff. rerum. Amot. Alex. in l. Gallus §. ſi [illegible] ff. de lib. & poſthu.

7 Fallit 7. quando actor in fine libelli dicit ſaluo iure [illegible] dendi, minuendi, & corrigendi, ſecundum commun[illegible] doct. in l. edicta. C. de edendo, & Bal. in c. inter dilect[illegible] 4. col. uerſi. ſaluo iure, de fide inſtru. Alber. in l. fin. C. [illegible] diuer. reſcripti. & Bar. in l. a diuo pio. in princ. ff. de re [illegible] dicat. & d. Deci. poſuit has fall. in c. ex parte nu. 46. uſque 72. & in c. licet cauſam, a num. 182. uſque 196. de probat.

8 Fallit 8. quando qualitas ex prouiſione legis eſt appo ſita in aliqua diſpoſitione principali: tunc non cenſetur [illegible] petita in prouiſione pœnali & acceſſoria ſecundum Soc. in l. mulcta. in princ. nu. 2. ff. de cond. & demonſtr. & [illegible] Theore. Bar. in l. ſtipulat. §. Griſogonus. ff. de uerb. oblig. nu. 4. Girard. ſing. 3. nu. 9.

Fallit etiam quando qualitas non ineſt a natura, q[illegible] tunc eam probare non tenetur. ut puta ſi quis allegat [illegible] eſſe clericum, tenetur omnino probare clericatum: q[illegible] nemo naſcitur clericus, ſed ſi atteſtaretur hominem c[illegible] rere teſticulis, ex quo naturaliter homo habet teſticul[illegible] a natura ſuæ natiuitatis genitos, ideo ſi quis aſſerit illum non habere teſticulos, tenetur uel probare per teſtes, uel per rei euidentiam, quia naturalia ſunt omnino immuta bilia iuribus uulgaribus.

REGVLA CLXV.

1 Qualitates ſi ponitur copulatiue in aliqua diſpoſitione. An requiratur concurſus utriuſque, uel una tantum dic. q[illegible] eſt tex. in l. ſi is qui circa. §. utrum. ff. de reb. dub. & l. falſa. §. ſi. ff. de cond. & demonſt. & l. ſi plures inſtitu. ff. de cond. inſt. & uide Bar. in l. qui concubinam. in fine. ff. de leg. [illegible] Bal. in l. i. ff. de iuſt. & iur. & idem in l. Gallus. §. & ſi appa rente. ff. de lib. & poſth. diſtinguit. quam tu not. Soci. in d. §. utrum etiam diſtinguit hoc modo: aut plures qualitates reſpiciunt diuerſas ſubſtantias, uel ſpecies, & tunc una ſufficit. ut puta ſi in teſtamento legantur ſerui albi uel magni, ueniunt qui ſunt abſolute albi, uel abſolute ma gni. &